

crucis sub, ad Coloss. 1, 20; vide supra, cap. 54.  
25. SANCTIFICATIONEM MEAM; sacrarium meum, templum meum, ut explicat versu sequenti.

VERS. 27. — ET ERIT TABERNACULUM MEUM IN EIS.

CAPUT XXXVIII.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :
2. Fili hominis, pone faciem tuam contra Gog, terram Magog, principem capitis Mosoch et Thubal : et vaticinare de eo.
3. Et dices ad eum : Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ad te, Gog, principem capitis Mosoch et Thubal :
4. Et circumagam te, et ponam frenum in maxillis tuis : et educam te, et omnem exercitum tuum, et equos et equites vestitos lorice universos, multitudinem magnam, hastam et clypeum arripientium et gladium.
5. Perse, Æthiopes, et Libyes cum eis, omnes secuti et galeati.
6. Gomer et universa agmina ejus, domus Thorgoma, latera aquilonis et totum robur ejus, populi que multum tecum.
7. Prepara, et instrue te, et omnem multitudinem tuam, quæ coaccervata est ad te : et esto eis in preceptum.
8. Post dies multos visitaberis : in novissimo annorum venies ad terram, quæ reversa est à gladio, et congregata est de populis multis ad montes Israel, qui fuerunt deserti jugiter : hæc de populis educta est, et habitabit in eâ confidenter universi.
9. Ascendens autem quasi tempestas venies, et quasi nubes, ut operias terram tu, et omnia agmina tua, et populi multi tecum.
10. Hæc dicit Dominus Deus : In die illâ, ascendent sermones super cor tuum, et cogitabis cogitationem pessimam :
11. Et dices : Ascendam ad terram absque muro : veniam ad quiescentes habitantesque securè : hi omnes habitant sine muro : vectes et porte non sunt eis :
12. Ut diripias spolia, et invadas prædam, ut inferas manum tuam super eos qui deserti fuerunt, et postea restituti, et super populum qui est congregatus ex gentibus, qui possidere cepit, et esse habitator umbilici terra.
13. Saba, et Dedan, et negotiatores Tharsis, et omnes leones ejus dicent tibi : Numquid ad sumenda spolia tu venis? ecce ad diripiendam prædam congregasti multitudinem tuam, ut tollas argentum et aurum, et auferas suppellectilem atque substantiam, et diripias manibus infinitas.
14. Propterea vaticinare, fili hominis, et dices ad Gog : Hæc dicit Dominus Deus : Numquid non in die illo, cum habitaverit populus meus Israel confidenter, scies?
15. Et venies de loco tuo à lateribus aquilonis, tu, et populi multi tecum, ascensores equorum universi, cretus magnus, et exercitus vehemens.
16. Et ascendes super populum meum Israel quasi nubes, ut operias terram : in novissimis diebus eris,

Quasi dicat, sicut olim habitavi inter eos in templo Jerosolymitano, ita tunc habitabo in cordibus eorum. Christiani enim sunt templum Dei, ut ait D. Paulus, 1 Cor. 5, 16, 17, et cap. 6, 19, et 2 Cor. 6, 16.

CHAPITRE XXXVIII.

1. Le Seigneur me parla encore, et me dit :
2. Fils de l'homme, tourne le visage vers Gog, vers la terre de Magog, vers ce prince et ce chef de Mosoch et de Thubal, et prophétise sur lui.
3. Et vous lui direz : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je viens à vous, Gog, prince et chef de Mosoch et de Thubal.
4. Je vous ferai tourner de toutes parts; et je vous mettrai un frein aux mâchoires; je vous ferai sortir, vous et toute votre armée, les chevaux et les cavaliers tout couverts de cuirasses, qui viendront en grandes troupes, armés de lances, de boucliers et d'épees.
5. Les Perses, les Ethiopiens, et ceux de Lybie, seront avec eux tout couverts de boucliers, et le casque en tête.
6. Gomer et toutes ses troupes, la maison de Thorgoma, vers l'aquilon, et toutes ses forces, et plusieurs peuples seront avec vous.
7. Préparez-vous, disposez-vous avec toute cette troupe nombreuse qui s'est rassemblée auprès de vous : et soyez le chef dont ils prennent l'ordre.
8. Après un long temps, vous serez visité, dans les dernières années, vous viendrez en une terre qui a été sauvée de l'épée, qui a été tirée d'entre plusieurs peuples, et rassemblée aux montagnes d'Israël qui avaient été toujours désertes; en une terre dont les habitants avaient été retirés d'entre les peuples, et où tout le monde ensuite a été rétabli dans une pleine assurance.
9. Vous y viendrez alors, et vous paraîtrez comme une tempête et comme un tourbillon pour couvrir la terre, vous et toutes vos troupes, et plusieurs peuples avec vous.
10. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : En ce temps-là, vous formerez des desseins dans votre cœur, et vous prendrez une résolution très-criminelle;
11. En disant : Je viendrai dans un pays sans murailles; j'attaquerai des gens qui sont en paix, qui se croient dans une pleine assurance, qui habitent tous en des villes sans murailles, où il n'y a ni barres ni portes.
12. Vous ne penserez qu'à vous enrichir des dépouilles, à vous rassasier du butin et du pillage, et à porter votre main contre ceux qui, après avoir été abandonnés, avaient été rétablis; contre un peuple qui avait été rassemblé des nations, et qui commençait à habiter et à posséder cette terre au milieu du monde.
13. Saba, Dedan, les gens de trafic de Tharsis et tous ses lions vous diront : Ne venez-vous pas pour prendre les dépouilles? Nous voyons que vous avez rassemblé vos troupes si nombreuses, pour faire un grand butin, pour prendre l'argent et l'or, pour emporter les meubles et tout ce qu'il y a de précieux, et pour piller les richesses infinies.
14. C'est pourquoi prophétisez, fils de l'homme, et dites à Gog : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : En ce jour-là, lorsque mon peuple d'Israël demeurera dans une pleine assurance, vous le saurez.
15. Vous viendrez alors de votre pays, des climats de l'aquilon, vous et plusieurs peuples avec vous, tous montés à cheval en grandes troupes, et avec une puissante armée.
16. Et vous viendrez fondre sur mon peuple d'Israël, comme un tourbillon, pour couvrir toute la terre; vous serez dans les derniers jours; et je vous

et adducam te super terram meam, ut sciant gentes me, cum sanctificatus fuero in te in oculis eorum, ô Gog.

17. Hæc dicit Dominus Deus : Tu ergo ille es, de quo locutus sum in diebus antiquis, in manu servorum meorum prophetarum Israel, qui prophetaverunt in diebus illorum temporum, ut adducerem te super eos.

18. Et erit in die illâ, in die adventus Gog super terram Israel, ait Dominus Deus, ascendet indignatio mea in furor meo.

19. Et in zelo meo, in igne ira mea locutus sum : quia in die illâ erit commotio magna super terram Israel.

20. Et commovebuntur à facie mea pisces maris, et volucres cœli, et bestie agri, et omne reptile quod movetur super humum, cunctique homines qui sunt super faciem terræ : et subvertentur montes, et cadent sepes, et omnis murus corruet in terram.

21. Et convocabo adversus eum in cunctis montibus meis gladium, ait Dominus Deus; gladius uniuscujusque in fratrem suum dirigetur.

22. Et judicabo eum peste, et sanguine, et imbre vehementi et lapidibus immensis : ignem et sulphur pluum super eum, et super exercitum ejus, et super populos multos qui sunt cum eo.

23. Et magnificabor, et sanctificabor : et notus ero in oculis multarum gentium, et scient quia ego Dominus.

COMMENTARIUM.

VERS. 2.—PONE FACIEM TUAM. Verte te, converte orationem tuam, aut, intrepide et libere loquere, ut supra, cap. 55, 2, et cap. 29, 2, et cap. 28, 21. CONTRA GOG. Quid sit Gog et Magog, magna inter interpretes quæstio est. Legimus Joëlis filium quemdam Gog appellatum, 1 Paralipom. 5, 4, legimus et filium unum Japheth filii Noë vocatum Magog, Genes. 10, 2, sed nihil ad hunc locum. Vulgaris et antiqua Judæorum, et, ut ait Hieronymus, Judaizantium opinio fuit Gog et Magog Scythas esse, qui trans Caucasum montem et Meotidem paludem, et propè Caspium mare ad Indiam usque tendebantur; quas gentes ex Magog filio Japheth, qui eas terras primus habitaverit, eodem nomine dictas esse putaverunt. Habuit hæc opinio multos ex nostris etiam maximis auctoribus sectatores, Theodoretum, in Comment.; Dorotheum, in Synopsi; Eucherium, lib. 2 in Genes., et lib. 1 de Quæsti in vet. et nov. Testam. cap. 4; Bedam in Genes. cap. 10, et recentiores plures, qui omnes Joëseptum, lib. 1 Antiqu. Judaicæ, cap. 6, ducem secuti sunt. Juvat hæc opinionem locus; dicitur enim Gog à lateribus Aquilonis venturus esse; Scythæ autem ad Aquilonem sunt. Juvat, quod Gog tanquam gens immanis et fera hoc loco describitur, quales Scythæ describitur solent, 2 Machab. 4, 47, et ad Coloss. 5, 11, juvat, quod Propheta dicit vers. 17, alios prophetas

ferai venir sur ma terre, afin que les nations me connaissent, lorsque j'aurai fait paraître en vous ma sainte puissance à leurs yeux, ô Gog!

17. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : C'est vous qui êtes celui dont j'ai parlé dans les siècles passés, par mes serviteurs les prophètes d'Israël, qui ont prophétisé en ce temps-là, que je devais vous faire venir contre eux.

18. En ce jour-là, en ce jour de l'arrivée de Gog sur la terre d'Israël, dit le Seigneur Dieu, mon indignation passera jusqu'à la fureur.

19. Je parlerai dans mon zèle et dans le feu de ma colère; parce qu'en ce temps-là il y aura un grand trouble dans la terre d'Israël.

20. Les poissons de la mer, les oiseaux du ciel, les bêtes de la campagne, tous les reptiles qui se meuvent sur la terre, et tous les hommes qui sont sur la face de la terre, trembleront devant ma face : les montagnes seront renversées; les haies seront arrachées; et toutes les murailles tomberont par terre.

21. J'appellerai contre Gog l'épée sur toutes mes montagnes, dit le Seigneur Dieu; et ils tourneront tous l'un contre l'autre la pointe de leur épée.

22. J'exercerai mes jugements sur eux par la peste, par le sang, par les pluies violentes, et par les grosses pierres; et je répandrai des pluies de feu et de soufre sur Gog, sur son armée, et sur tous les peuples qui seront avec lui.

23. Je ferai voir ma grandeur; je signalerai ma sainte puissance; et je me ferai connaître aux yeux de plusieurs peuples; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

de adventu Gog vaticinatos fuisse, et non legimus prophetas de aliarum gentium quam septentrionalium adventu vaticinatos. Ab aquilone enim panditur omne mare, Jerem. 1, 14. Juvat eventus. Omnes enim gentium eruptiones ab Aquilone ferè factas legimus. Juvat auctorum numerus et nomen. Alii malos angelos, ut Hieronymus ait, interpretati sunt, qui cum bonis in cœlo pugnatii essent. Quos etsi apud Origenem non lego, tamen Origenicum esse suspicor. Nam et ejus oïet ingenium, et nescio quid non prorsus absimile aliis locis dicit. Alii Gothos putaverunt, qui ex septentrionibus in totam Europam effusi sunt, cujus sententia auctor fuit Ambrosius l. 2 de Fide, cap. 4, adjutor Aretas, in cap. 20 Apocal. Quà de re Hieronymus Ambrosius, in proœmio libri undecimi commentariorum in hunc prophetam tacito nomine reprehendit. Alii Getas et Massagetas, ut scribit August. lib. 10, de Civit., cap. 11. Alii ex nostris præsertim recentioribus interpretibus Turcas esse volunt, quod videant in Jerusalem, id est, in Ecclesiam immanes irruptiones facere. Alii Antichristum et ejus sectatores intelligunt. Alii nullam gentem, nullumque certum hominem his nominibus significari, sed omnes Ecclesie persecutores Gog et Magog generaliter appellari; quibus auctor est August. lib. 20, de Civit., cap. 11; recentiores Hebraei, ut R. Salomon, et R. Da-



vid scribunt in Commentariis, Gog putant nomen esse regis, qui alienus gentis caput sit. Magog autem nomen regionis, in qua ille regnet; quod Rabbi David ex nota demonstrativa *ti*, docet, quae, cum nominibus Proprii juncti non potest. Atque hoc nunc argumento Judaei uti solent, ut probent Christum nondum venisse, quia ejus tempore Gog ad expugnandam Jerusalem venturum esse fabulantur, ab eoque juxta urbem occidentum, et celebri loco sepeliendum; tantumque ex ejus exercitu multitudinem trucidandam; ut per septem annos non alia ligna quam haste comburantur, ut dicitur cap. sequenti versu 9, 10, 11. Quae quia nondum facta esse vident, nondum Christum venisse putant. Ego in re incerta dicam quod mihi plus videtur habere probabilitatis. Primum quidem Gog nomen regis sive certi, sive incerti esse arbitror. Nam Propheta de illo tanquam de rege aliquo loquitur, ut cum hoc loco, vers. 3, vocat *principem capitis Mosoch*, et cum versu 13, dicit venturum à lateribus Aquilonis ipsum, et populum ejus cum eo; et cum ait cap. sequenti, vers. 11, fore ut sepeliatur ipse, et omnis ejus multitudo in valle viatorum ad Orientem, vocandamque vallem multitudinis Gog. Deinde Magog non gentem, sed terram significare poto. Nam hoc ipso loco propheta, vers. 2, *terram Magog* vocat, et cap. sequenti, vers. 6, ait: *Immittam ignem in Magog*. Praeterea non videtur mihi esse negandum aliquam fuisse regionem septentrionalem, quae Magog appellaretur, cum, vers. 15, dicit prophetam Gog ab Aquilone venturum; et Joannes, in Apocalypsi, cap. 20, vers. 7, Gog et Magog in angulis terrae esse scribat; et profani quoque auctores Magog civitatis Asiae mentionem faciant, ut Plinius, lib. 5, cap. 24, et Appianus. Illud etiam mihi videtur verisimile Gog non esse nomen unius certi hominis, sed regis terrae Magog esse nomen, quemadmodum omnes reges Aegypti, Pharaones; Syriae Antiochi; Persiae Arsacides, Romani imperatores Caesares vocabantur; et Ezechiel et Joannes eodem nomine illum vocent. Ad haec non videtur mihi nomen Magog idem apud Ezechielem, et apud Joannem significare. Nam apud Ezechielem, ut diximus, regionem significat; apud Joannem verò regem aliquem, sicut Gog, aut certè nationem, ut ex articulo Graeco constat: *Kai Ezechielem nomen eius est Gog et de talis interpretatur* *γρηγοριος τῆς γῆς, τῆς Περσικῆς τῆς Μογγοῦ*. Quae res multos videtur interpretes fecerit: nam Gog pro rege, Magog pro populo videtur Joannes accepisse. Nec existimandum est futurum regem aliquem, qui Gog appelleretur, de quo divus Joannes vaticinetur, non enim vocavit Gog, quòd ita vocandus sit, sed quòd ita olim vocaretur; quemadmodum si nunc Turcam, quia in Aegypto dominatur, Pharaonem vocamus. Praeterea probabilis esse iudico, eandem esse Ezechielis et Joannis prophetiam, quàm diversam, cum Joannes ad Ezechielem allussisse videatur; quare non est querendum quo tempore haec Ezechielis propheta completa fuerit; nondum enim completa est; quod multi non considerantes in varias minus probabiles sententias

distraçti sunt, dum quaerit unusquisque in superiorum temporum historiis, in quem maximè, quae ab Ezechiele dicuntur, convenire videantur; et alii Antiochum regem, de quo in Machabaeorum libris multa narrantur; alii Gothos; alii alios esse putant. Quarentes enim tanquam praeteritum, quòd praeteritum non erat; necesse fuit aut nihil, aut falsa pro veris invenire. Tenendum igitur est memorià, quòd saepe monimus, prophetias, quamvis de solà Jerusalem, deque solo populo Judaeorum agere videantur, longius tamen ad Ecclesiam catholicam spectare, et ad finem usque mundi pertinere; quod in hac praesertim accidit prophetià. Cum enim Ezechiel superiori capite sub figurà liberationis Judaeorum à Babilonica captivitate, liberationem à captivitate Diaboli, et Ecclesiae catholicae constitutionem praedixisset, vaticinatur nunc de futuris Ecclesiae calamitatibus sub diversis tyrannis, praesertim sub Antichristo, quos omnes vocat Gog, eorumque terram Magog; non quòd ita vocandi sint, aut ex regione Magog erupturi; sed quòd barbari, immanes, crudeles, sicut Gog futuri essent. Quod autem argumentatur Judaei Christum non venisse, quia nondum Gog ab illo occisus est, inane est et futile. Nam et Christus venit, et ad finem mundi Antichristum interficiet spiritu oris sui, ut ait D. Paulus, 2 ad Thessalonic. cap. 2, vers. 8.

PRINCIPEM CAPITIS, id est, principem capitalem, principem primum, primarium, summum. Hebraismus; aut intellectà conjunctione, principem et caput. Septuaginta, et ut Hieronymus ait, Symmachus et Theodotus nomen ipsum Hebraicum *צבא* tanquam loci proprium reliquerunt, sed ex Josepho constat non esse nomen loci. MOSOCH ET THUBAL, Mosoch Cappadoces, Thubal Iberos Josephus interpretatur, ut supra, cap. 27, vers. 13. Alii Italos ex duobus filiis Japheth Mosoch et Thubal sic appellatos. Quamquam alii fortassè non sine magnà ratione, Iberos nec Hispanos, nec Italos, sed eos qui Scythiis vicini sunt, intelligunt. Utinamque se res habeat, illud certum est non esse sensum, Gog esse principem Mosoch, et Thubal; erat enim princeps Magog, et erant tria regna, longèque dissita, sicut Magog, Mosoch et Thubal tres fratres erant. Genes. cap. 10, vers. 2. Sed sensus est. *Pone faciem tuam contra Gog* (sub principem), terrae Magog (et contra), principem capitis Mosoch, et contra principem Thubal; quamquam de tribus, tanquam de uno tantum loquitur, eumque Gog appellat nomine communi.

VERS. 3. — *Ecce ego ad te. Venio*, ut sup. cap. 20, 9, et cap. 55, 3.

VERS. 4. — *Et circumagat te*. Hebraeum R. David interpretatur: *Conteram te*; R. Salomon et Joannes, *decipiam te*. Melius Septuag. et noster interpres: *Circumagat te*. Nam et verbum id significat, et sensus est melior; est enim *ὑπεροπάζω*, pro, *ponam frenum in maxillis tuis*, et *circumagat te*, tanquam equum, id est, ducam te quòcumque voliero, faciam de te quidquid mihi liberit. *POSAM FRENUM*. Alii vertunt hamos, ut de eo tanquam de magno ali-

quo pisco loquatur, ut supra, cap. 29, vers. 4, de Pharaone et de Leviathan apud Job. cap. 40, vers. 20 et 21. Atque ita Hebraei interpretantur. Septuag. autem, sicut Hieronymus: *Ponam frenum in maxillis tuis*. Metaphora diversa, sed idem sensus. EDUCAM TE, ex terrà tuà tanquam piscem ex fluvio injecto hamo; aut, tanquam equum de stabulo injecto freno, ut extra terram tuam perdam te. Dicit Deus se Antichristum educturum, ut Ecclesiam persequatur, id est, permitturum, ut exeat, ut postquam Ecclesiam fuerit persecutus; poenas de illo sumat. Sicut dicitur in hoc ipsum Pharaonem excitasse, ut ostenderet in illo virtutem suam, Exod. 9, 16, et ad Rom. 9, 17. ET OMNEM EXERCITUM TUUM. Sicut de Pharaone dixit cap. 29, 4: *Agglutinabo pisces fluminum tuorum aquis tuis, et extraham te de medio fluminum tuorum, et universi pisces tui squamis tuis adhaerebunt*.

VERS. 6. — *Gomer Galatze* ex Gomer filio Japheth appellati, Genes. 10, 2, ut Josephus interpretatur lib. 1 Antiqu., cap. 6, et Theodor. in Commentariis in hunc locum. THOGOMAH verò, Phryges, ut supra cap. 27, 14, Jonathanas Germanos esse putat.

VERS. 7. — *PREPARA TE*. Irrisio est, quasi dicat, *prepara te*, et exercitum tuum ad bellum, ut simul peratis. ESTO ILLIS IN PRÆCEPTO; duc illos, esto illis dux et imperator. Hebr., *in custodiam*, ut Septuag. vertunt; irrisio etiam est, quasi dicat: Non poteris illos custodire, ac defendere, quin eos interficiam.

VERS. 8. — *Post dies multos*, ad finem mundi, quòd D. Joannes dixit post mille annos, posito numero certo pro incerto, Apocal. 20, 7. R. David ex Hebraeorum sententià, scribit tempore Alexandri filios Magog post montes ab eo conclusos, ita ut nulla mentio esset eorum; extremis autem diebus, id est, tempore Messiae visitandos, id est, in memoriam revocandos, ut ex eo loco educantur, et in Jerusalem veniant. Rabbiorum commenta sunt. QUAE REVERSA EST A GLADIO, ad Jerusalem, ejus civis ex Babilonica redierint captivitate, ubi gladio trucidabantur, ut Chald. interpretatur: *meschobethi mekerob* Hebraei exponunt, *ad terram contritam et vastatam gladio*. Melius Septuag. et noster interpres, ut vers. 4: *Et congregata est de populo nullis*, apud quos dispersa et captiva erat. AD MONTES ISRAEL. Declarat per oppositionem quae sit ea terra; ponit enim montes pro tota regione per Synecdochen, ut cap. praecedenti, vers. 22. QUAE FUERUNT DESERTI TOTUM, longo tempore; septuaginta annos, quibus Judaei captivi fuerant, Jerem. cap. 25, v. 12. HÆC, terra, id est, homines, qui in ea habitant, educti sunt ex captivitate; educti erunt tunc, ita ut in terrà suà confidenter ac securè habitare possint.

VERS. 9. — *QUASI TEMPESTAS QUASI NUBES*. Diaboli metaphora duo significat, impetum, et multitudinem mittit, ut Dan. 11, 40: *Quasi tempestas veniet contra illum rex aquilonis, in curribus, et in equitibus, et in classe magna*, et Jerem. 4, 15: *Ecce quasi tempestas ascendet, et quasi nubes currus ejus*.

VERS. 10. — *ASCENDENT SERMONES*. Hebraismus, id

est, in animum induces, cogitabis, ut statim declarat. Cogitatio autem ejus pessima est, quae sequitur.

VERS. 11. — *AD TERRAM ABSQUE MURO*. Ad Ecclesiam ut eam oppugnem, quæ sine muro, sine vettibus esse dicitur, quæ *arma militiæ nostræ non sunt carnalia*, 2 Cor. 10, 4.

VERS. 12. — *UT INFERRAS MANUM*. Hebr., ut reducas manum tuam, id est, ut eos, qui jam ante à Babiloniis spoliati fuerant, iterum spoles; aut mysticè, ut eos qui sub diaboli captivitate fuerant, ab eaque liberati, in eandem iterum trahas; aut, ut eos non semel tantum, sed iterum, atque iterum spoles. Qui possidere coepit. Hebr., *qui facit pecudem et opes*, id est, qui pecudibus et opibus negotiatur. Per pecudes et opes omne divitiarum genus intelligit; quia olim maxime divites pecudes erant. Mysticè verò per opes virtutes, et dona sancti Spiritus intelligitur, quæ Antichristus, et ejus ministri ex Christianorum animis eripere conantur. *UMILICEM TERRÆ*. Putant Hebraei terram Juda umbilicem terrae vocari, quòd altissima totius terrae regio sit: quod sine ratione dictum est. Umbilicus igitur dicitur, aut propter fertilitatem, aut quia in medio omnium terrarum, quæ tunc habitabantur, esse videbatur; sicut Cicero Ennam Siciliae urbem, quòd in medià insulà sita esset, Siciliae umbilicem appellavit.

VERS. 15. — *SABA ET DEBAM*. Sabæi et Idumæi. Nam Dedan Idumæae civitas erat, ut constat ex c. 25, 15, et 27, 15. NEGOTIATOR THARSIS, maris, aut Carthaginis, aut Tharsi, ut sapè declaravimus. ET OMNES LEONES EJUS, omnes principes, quos per metaphoram leones vocat. Sept. non videtur legisse *kephiriah*, sed *kephir*; vertunt enim: *Et omnes villæ ejus*; sensusque valde coheret. Significat fore ut omnes haeretici qui antiquas cum Ecclesià inimicitias gerant, Antichristo adhaereant, eumque ad spoliandam Ecclesiam cohortentur. Nam isti, quos nominat, inimici Judaeorum erant, ut apparet cap. 2 et 27.

VERS. 16. — *CUM SANCTIFICATUS FUERO*. Cum me sanctum, justumque ostendero te occidendo, omnes gentes intelligent me esse Deum, ut cap. 28, 22, et 36, 23.

VERS. 17. — *TU ERGO ILLE ES?* Hebr., *nome tu es?* IN MANU SERVITORUM. Notis hebraismus, per servos meos prophetas. IN DIEBUS ILLORUM TEMPORUM. Hebr., *in diebus illis annis*, id est, temporibus illis antiquis ante multos annos; aut ante aliquot annos; aut multi jam sunt anni, aut aliquot jam sunt anni. Non est necesse nimis anxie querere qui sint isti prophetae; qui olim de Antichristo dicuntur vaticinari; cum non dicantur scripsisse, sed locuti esse. Nec enim omnes prophetae scriperunt sua vaticinia. Putat tamen Hieronymus ex sententià Septuag. alludi ad vaticinium Balaam, quòd est in lib. Num., cap. 24, vers. 7, ubi illi verterunt: *Et elevabitur Gog regum ejus, et crescet regnum illius*. Sed et nos, et Hebraei aliter legimus. Sunt qui putent Isaiam, cap. 17, vers. 12, et cap. 26, v. 19, et cap. 36, v. 9, de Antichristo loqui. Hieronymus Joielem eadem de re vaticinari existimat, cap. 2, R. Salom.,



et R. David ipsum Ezechielem et Zachariam hoc loco significari dicunt. Zacharias enim, cap. 14, 1, 2. ita scribit: *Ecce venient dies Domini, et dividuntur spolia tua in medio tui, et congregabo omnes gentes ad Jerusalem in praelium.* Quod mihi non probant. Nam præterquam quod hoc de Antichristo et Ecclesia, ut oportebat, non interpretantur: repugnat quod hic dicitur: *In diebus antiquis, et ante multos annos esse prophetias editas fuisse. Meum consilium est ut, quod inveniri non potest, non frustra queramus.*

VERS. 18. — *INDIGNATIO MEA IN FURORE MEO.* Hebraismus, id est, vehementer, et usque ad furorem indignabor. Dicit Deus se contra Ecclesiam vehementer indignaturum, quia permittet eam ab Antichristo valde vexari.

VERS. 19. — *COMMOTIO MAGNA.* Describit finem mundi sub Antichristo, ut Math. 24, 21: *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet.*

VERS. 20. — *A FACIE MEA, propter me, metu mei, ut Psal. 115, 7: A facie Domini mota est terra, à facie*

## CAPUT XXXIX.

1. Tu autem, fili hominis, vaticinare adversum Gog, et dices: *Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego super te, Gog, principem capitibus Mosoch et Thubal:*

2. Et circumagam te, et educam te, et ascendere te faciam de lateribus æquilonis; et adducam te super montes Israel.

3. Et percutiam arcum tuum in manu sinistra tua, et sagittas tuas de manu dextra tua dejiciam.

4. Super montes Israel cades tu, et omnia agmina tua, et populi tui, qui sunt tecum: feris avibus, omnique volatili, et bestiis terre, dedi te ad devorandum.

5. Super faciem agri cades: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus.

6. Et imittam ignem in Magog, et in his qui habitant in insulis confidenter: et scient quia ego Dominus.

7. Et nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei Israel, et non polluum nomen sanctum meum amplius: et scient gentes quia ego Dominus, Sanctus Israel.

8. Ecce venit, et factum est ait Dominus Deus: hæc est dies de qua locutus sum.

9. Et egredientur habitatores de civitatibus Israel, et succendent et comburent arma, clypeos et hastas, arcum et sagittas, et baculos manuum et contos: et succendent et igni septem armis.

10. Et non portabunt ligna de regionibus, neque succident de silibus: quoniam arma succendent igni, et deprecabuntur eos, quibus præda fuerant, et diripient vastatores suos, ait Dominus Deus.

11. Et erit in die illa, dabo Gog locum nominatum sepulcrum in Israel: vallem viatorum ad orientem maris, quæ obstupescere faciet prætereuntes: et

Dei Jacob. CADENT SEPES. Hebræi gradus interpretantur; quod mihi non placet. Quis enim sensus est, cadent gradus? Melius Hieronymus in commentariis: *Cadent munitiones; et Jonathas Chaldeus: Cadent turres.*

VERS. 21. — *GLADIUS UNUSCUIUSQUE.* Faciam, ut ipsi sese propriis armis conficiant, sicut feci olim ut sese Philistæi interficerent, ut Reg. cap. 14, 20. Convenit hoc in hæreticos sub Antichristo militantes, qui sese alii alios confutare solent.

VERS. 22. — *ET JUDICABO EUM.* Puniam eum peste et gladio Hebr., et *judicabor cum eo*, id est, iudicio cum eo contendam eâ lege, ut si eum vicerò, peste et gladio eum puniam. Hebraismus, qualis sup. cap. 17, 20, et cap. 20, 55, 56, et Jerem. 2, 55. LARVIBUS IMMISISSI. Hebr., *lapidibus grandinis*, ut Sept. verterunt, ut sup. cap. 15, 11, 15. IGNUM ET SELIPUR. Quæ damnatorum poena est, ut Psal. 10, 6: *Pluet super peccatores laqueos: ignis, et sulphur, et spiritus procellarum pars calcis eorum.*

## CHAPITRE XXXIX.

1. Vous donc, fils de l'homme, prophétisez contre Gog, et dites: *Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Je viens à vous, Gog, prince et chef de Mosoch et de Thubal.*

2. Je vous ferai tourner de toutes parts; je vous tirerai; je vous ferai venir des climats de l'æquilon: et je vous amènerai sur les montagnes d'Israël.

3. Je briserai votre arc dans votre main gauche, et je ferai tomber vos flèches de votre main droite.

4. Vous tomberez sur les montagnes d'Israël, vous et toutes vos troupes, et tout votre peuple qui est avec vous; je vous ai livré aux bêtes farouches, aux oiseaux, et à tout ce qui vole en l'air, et aux bêtes de la terre, afin qu'ils vous dévorent.

5. Vous tomberez au milieu des champs, parce que c'est moi qui ai parlé, dit le Seigneur Dieu.

6. J'enverrai aussi le feu sur Magog, et sur ceux qui habitent en assurance dans les îles; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

7. Je ferai connaître mon saint nom au milieu de mon peuple d'Israël; je ne laisserai plus profaner mon saint nom; et les nations sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, le Saint d'Israël.

8. Voici le temps: ce que j'ai prédit est arrivé, dit le Seigneur Dieu; voici le jour dont j'avais parlé.

9. Les habitants des villes d'Israël sortiront, et ils brûleront et réduiront en cendre les armes, les boucliers, les lances, les arcs, et les flèches, les bâtons qu'ils portaient à la main, et les piques; et ils les consumeront par le feu pendant sept ans.

10. Et ils n'apporteront point de bois des champs, et ils n'en couperont point dans les forêts: parce qu'ils feront du feu de ces armes, qu'ils feront leur proie de ceux dont ils avaient été la proie, et qu'ils pilleront ceux qui les avaient pillés, dit le Seigneur Dieu.

11. En ce jour-là je donnerai à Gog dans Israël un lieu célèbre pour lui servir de sépulture, qui est la vallée des passants à l'orient de la mer, où tous ceux qui passeront, seront frappés d'étonnement; on y en-

sepellent ibi Gog, et omnem multitudinem ejus, et vocabitur vallis multitudinis Gog.

12. Et sepelient eos domus Israel, ut mudent terram septem mensibus.

13. Sepeliet autem eum omnis populus terræ: et erit eis nominata dies, in quâ glorificatus sum, ait Dominus Deus.

14. Et viros jugiter constituent lustrantes terram, qui sepeliant et requirant eos qui remanserant super faciem terræ, ut emundent eam: post menses autem septem querere incipient.

15. Et circumbunt peragrantes terram: cùmque viderint eos hominis, statuunt juxta illud titulum, donec sepeliant illud pollicitores in valle multitudinis Gog.

16. Nomen autem civitatis Amona, et mundabunt terram.

17. Tu ergo, fili hominis, hæc dicit Dominus Deus: Dic omni voluceri, et universis avibus, cunctisque bestiis agri: Convenite, properate, concurrite undique ad victimam meam, quam ego immolo vobis, victimam grandem super montes Israel: ut comedatis carnem, et bibatis sanguinem.

18. Carnes forium comedetis, et sanguinem principum terræ bibetis: arietum, et agnorum, et hircorum, taurorumque et alium, et pinguium omnium.

19. Et comedetis adipem in saturitatem, et libetis sanguinem in ebrietatem, de victimâ quam ego immolabo vobis:

20. Et saturabimini super mensam meam de equo, et equite forti, et de universis viris bellatoribus, ait Dominus Deus.

21. Et ponam gloriam meam in gentibus: et videbunt omnes gentes judicium meum, quod fecerim, et manum meam, quam posuerim super eos.

22. Et scient domus Israel, quia ego Dominus Deus eorum, à die illâ, et deinceps.

23. Et scient gentes quoniam in iniquitate suâ capta sit domus Israel, eò quod dereliquerint me, et absconderim faciem meam ab eis: et tradiderim eos in manu hostium, et ceciderint in gladio universi.

24. Juxta immunditiam eorum et scelus feci eis, et abscondi faciem meam ab illis.

25. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Nunc reducam captivitatem Jacob, et miserebor omnis domus Israel: et assumam zelum pro nomine sancto meo.

26. Et portabunt confusionem suam et omnem prævaricationem, quæ prævaricati sunt in me, cùm habitaverint in terrâ suâ confidenter, neminem formidantes:

27. Et reduxero eos de populis, et congregavero de terris inimicorum suorum, et sanctificatus fuero in eis, in oculis gentium plurimarum.

28. Et scient quia ego Dominus Deus eorum, eò quod transtulerim eos in nationes, et congregaverim eos super terram suam, et non dereliquerim quemquam ex eis ibi.

sevelira Gog avec toutes ses troupes; et ce lieu sera appelé la vallée des troupes de Gog.

12. La maison d'Israël les ensevelira en ce lieu-là durant sept mois pour purger la terre.

13. Tout le peuple du pays les ensevelira; et ce jour où j'aurai signalé ma gloire, leur sera un jour célèbre, dit le Seigneur Dieu.

14. Et ils établiront des hommes qui visiteront le pays sans cesse, pour rechercher et pour ensevelir ceux qui seraient encore demeurés sur la face de la terre, afin de la purifier; et ils commenceront à faire cette recherche après sept mois.

15. Ils parcourront le pays; et lorsqu'ils auront trouvé l'os d'un homme mort, ils mettront auprès une marque, afin que ceux qui sont chargés d'ensevelir les morts, l'aperçoivent et l'ensevelissent dans la vallée des troupes de Gog.

16. Or, la ville recouvrâ le nom d'Amona; et ils purifieront le pays.

17. Voici donc, ô fils de l'homme, ce que dit le Seigneur Dieu: Dites à tous les oiseaux, à tout ce qui vole dans l'air, et à toutes les bêtes de la terre: Venez tous ensemble; hâtez-vous; accourez de toutes parts à la victime que je vous immole, à cette grande victime qui a été égorgée sur les montagnes d'Israël: afin que vous en mangiez la chair, et que vous en buviez le sang;

18. Que vous mangiez la chair des forts, et que vous buviez le sang des princes de la terre, des bédiers, des agneaux, des boucs, des taureaux, des oiseaux domestiques, et de tout ce qu'il y a de plus délicat.

19. Et vous mangerez de la chair, jusqu'à vous en rassasier, et vous boirez le sang de la victime que je vous immolerais, jusqu'à vous enivrer.

20. Et vous vous rassasierez sur ma table de la chair des chevaux, de la chair des cavaliers les plus braves, et de tous les hommes de guerre, dit le Seigneur Dieu.

21. J'établirai ma gloire parmi les nations; toutes les nations verront le jugement que j'aurai exercé contre eux, et reconnaîtront ma main puissante, que j'aurai appesantie sur eux.

22. Et les enfants d'Israël sauront depuis ce jour-là, et dans tous les temps qui suivront, que c'est moi qui suis le Seigneur leur Dieu.

23. Et les peuples sauront alors que la maison d'Israël sera devenue captive, mais à cause de son iniquité, parce qu'ils m'avaient abandonné, et que je leur avais caché mon visage, et les avais livrés entre les mains de leurs ennemis, qui les ont tous fait passer au fil de l'épée.

24. Je les ai traités selon leur impureté et selon leur crime; et j'ai détourné d'eux mon visage.

25. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu: Maintenant je ramènerai les captifs de Jacob; j'aurai compassion de toute la maison d'Israël; et je deviendrai jaloux de l'honneur de mon saint nom.

26. Et ils porteront leur confusion, et le poids de tous leurs péchés, par lesquels ils avaient violé ma loi, lorsqu'ils habitèrent en leur pays dans une pleine assurance, sans crainte de personne.

27. Lorsque je les aurai ramenés d'entre les peuples, que je les aurai rassemblés des pays de leurs ennemis, et que j'aurai été sanctifié au milieu d'eux aux yeux de plusieurs nations.

28. Et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur leur Dieu, en voyant qu'après les avoir fait transporter parmi les nations, je les aurai fait revenir tous ensemble dans leur pays, sans laisser aucun d'eux dans cette terre étrangère.



29. Et non abscondam ultra faciem meam ab eis, eò quòd effuderim spiritum meum super omnem domum Israel, ait Dominus Deus.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — TU AUTEM. Et tu, tu ergo. Et hæc verba cum superiori capite nectantur. Ecce ego. Vide cap. præcedentis vers. 3.

VERS. 2. — ET CINCEMAGAM TE. Ut cap. superioris vers. 4. ET EDUCAM TE. Hebr., ad verbum: Et sextabo te. Quòd aliqui interpretantur: Occidam sextam partem exercitus tui. Alii, ut R. David: Relinquam sextam tantum partem exercitus tui. Utrumque mihi videtur menti prophetae repugnare. Vult enim significare Gog non ex parte, sed omnino, perdendum atque delendum esse, ut apparet ex toto capite. Melius R. Joseph Kimchi, ut recitat ejus filius R. David, exponit: Sextabo te; id est, sex judiciis judicabo te, peste, gladio, pluvia rehentem, lapidibus grandinis, igne, sulphure, ut dixit cap. præcedentis v. 22. Jo-nath. et R. Salom. exponunt: Seducam te; ut, cap. præcedentis vers. 4, exposuerunt verbum *scobab bethica*. Alii, ut refert R. David, interpretantur: Succedere faciam te. Hieron. et Sept.: *Educam*, aut deducam te, meliore prorsus sensu. Sequitur enim: *Et ascendere te faciam de lateribus Aquilonis*, ut superioris cap. vers. 6 et 25.

VERS. 5. — ET PERCUSSAM. Excusiam arcum ex manu tuâ sinistrâ quâ arcus teneri solet, et sagittas tuas de dextera, quâ in arcu ponuntur. Unam speciem pro toto armorum genere posuit, quasi dicat: Exarmabo te, efficiam ut arma tibi præ meo è manibus deciant.

VERS. 4. — SUPER MONTES ISRAEL; in loco conspicio toti Ecclesie, ut sanctificet in te, ut dixit cap. præcedentis v. 16. Solent enim rei in loco edito propè viam publicam suspendi, ut ab omnibus conspiciantur, et terrori sint. FERIS AVIBUS, omnique volatili. Hebr.: *Volueri volatilis omnis aëre*, id est, omni generi volucrum.

VERS. 6. — IN MAGOG, in regionem et terram regis Gog, et in omnes insulas illi subjectas. Nam Plinius in mari Scythico multas insulas esse tradit. Magog autem terra erat Gog, ut constat ex ipso loco, et ex superioris cap. v. 2. Significat ergo mysticè fore ut totum Antichristi regnum aboleretur.

VERS. 7. — NON POLLEAM; non patiar polli. Pollebat autem cum homines videntes populum Dei miserabiliter affligi, existimabant eum non esse verum Deum, ut declaravit supra, cap. 36, 20, 21. Id fiet tempore Antichristi, cum in errore inducantur, si fieri potest, etiam electi, Matth. 24, 24.

VERS. 8. — ECCE VENIT ET FACTUM EST; id est, propè est ut fiat quod prædixi. Dicit autem propè esse, quia mille anni apud Deum sicut dies una, ut D. Petrus interpretatur 2. Epist., cap. 3, 8; queniadmodum Joann. dicit novissimam horam esse, 1 Epist., cap. 2, 18.

29. Je ne leur cacherai plus alors mon visage, parce que je répandrai mon esprit sur toute la maison d'Israël, dit le Seigneur Dieu.

VERS. 9. — ET EGREDIENTUR HABITATORES. Hebræi recentiores hæc verba nimis historicè intelligunt, quasi reverà futurum sit ut Judæi non aliis lignis per septem annos quam hastis et sagittis hostium ad ignem untantur; itaque donec id fieri videant suam Messiam expectant. Nos nihil aliud his verbis significari existimamus, quam insignem victoriam de Antichristo et ejus exercitu. Quod verò dicit per septem annos non alia esse ligna comburenda, partim hyperbole est, partim synecdoche, quâ numerus certus pro incerto ponitur; quod in numero præsertim septenario apud Hebræos fieri consuevit, ut Prov. 23, 16: *Septies in die cadit justus*. Isai. 4, 1: *Apprehendent septem mulieres virum unum*; id est, multe; multisque aliis locis, quos in commentariis adnotavimus.

VERS. 10. — NEQUE SUCCIDENT DE SALTIBUS. Quædam exemplaria corruptè legunt, succedant. Nam et verbum *katab* succidere significat, et sic Hieron. et Septuag. verterunt, sensusque magis est consentaneus. ET DEPRÆDABUNTUR, ut Isai. 53, 1: *Væ qui prædatis, nomen et ipse prædaberis? cum consummaveris depredationem, depredaberis*.

VERS. 11. — DABO LOCUM NOMINATI, qui ex ejus sepulero et ex multitudine hominum, qui cum illo sepeliantur, nominatus et celebris erit; vocabitur enim *vallis multitudinis Gog*, ut paulò post dicit. Hebræi nunc legunt, *locum ubi sepulcri tui*, per transpositionem verborum; ut ait R. David. Noster verò interpres et Septuaginta alio puncto legerunt, *locum nominis*, id est, nobilem ac celebrem. Ac sensus quidem est melior. Nam si legamus, ubi, negatoria repeliit erit, cum dicat, *In Israel*. Accedit quòd nomen *mekom*, est in regimine, ut grammatici vocant, genitivi; quod melius cum nomine quàm cum adverbio coheret. Atque eodem modo videtur legisse Chaldaeus paraphrastes; veritè enim *locum rectam*, aut idoneum.

VALLEM VIATORUM, vallem transeuntium, id est, vallem celebrem, quâ multi transire solent, ut à quamplurimis ejus sepulcrum videtur. Sepulcrum vocat, non mausoleum aliud, sed totam ipsam vallem quâ Gog et ejus exercitus sepeliatur non honoris causâ, sed ne fatore suo aerein inficiant. AD ORIENTEM MARIS. Ad orientem versus mare; vel per methesim, ad mare orientale, id est, ad mare mortuum; quòd Hierosolymis orientale est, qui in Scripturis vocatur locus Genesareth, ut Chaldaeus interpretatur. Hebræicè vero *Genereth*, ut ait R. David. QUÆ OBSTUPESCERE FACIET, præ multitudine sepulcrorum. Hebr., *quæ vallis obturare faciet* (mares) prætereuntes propter ingentem forem, ut R. Manahem et R. David exponunt. ET VOCABITUR. Non est necesse forè ut ita vocetur, sed ut ejusmodi sit. Nam, ut sepè diximus, vocari apud Hebræos aliquando significat, esse; ut Isai. 7, 14: *Voc-*

cabitur nomen ejus Emmanuel; et Jerem., 17: *Vocabunt Jerusalem solium Domini*. Quæ autem de sepulcro Gog hoc loco dicitur, mysticè, sicut cætera, intelligenda esse arbitror, fore ut Antichristus et ejus sectatores non solum in mediâ Ecclesiâ occidantur, sed etiam sepeliuntur; id est, deleatur prorsus eorum memoria; scripsit enim ac posuit medium locum Judææ, pro mediâ Ecclesiâ.

VERS. 12. — SEPTEN MENSIBUS. Multis mensibus, ut supra adnotavimus vers. 9, hoc est, laborabunt longo tempore Catholici in opprimendâ Antichristi et hæreticorum doctrinâ ut Ecclesiam repurgent.

VERS. 14. — VIROS JUGITER. Hebr.: *Viros perpetuitatis*, id est, assiduos, qui nihil aliud faciant quàm inquirere et sepelire cadavera; quasi dicat: Postquàm totus populus Catholicus maximam hæreticorum multitudinem oppresserit, constituentur certi homines qui reliquos inquirant ac deleant, quod in regnis bene constitutis inquisitores fides hodiè faciunt. POST MENSES SEPTEM. Postquàm longo tempore totus populus majorum eorum multitudinem sepelierit, ut dixit vers. 12. QUÆRERE INCIPIENT. Hebr.: *Quærent*; ad verbum, quod Hebræi in contrariam sententiam interpretantur, quærere desinent. Melius noster interpres, et Chald. paraphr.

VERS. 15. — STATUENT JUXTA ILLED TITULUM; ut cognoscatur esse os humanum, et sepeliatur; id est, notabunt hæreticos ubicumque repererint, donec comprehendantur, et ut corrigantur, aut puniantur.

VERS. 16. — NOMEN AUTEM CIVITATIS; quæ est in valle ubi Gog, et ejus exercitus sepeliendus est; aut, ut alii interpretantur, Jerusalem, id est, Ecclesia, erit hæreticorum sepultura. *Amona, Hamonah*, id est, multitudo, vocabitur à multitudine hominum sepulcrum *מולדתם*, ut Septuag. verterunt, sicut dixit vallem vocandam esse vallem multitudinis Gog.

VERS. 17. — OMNI VOLUCRI, ET UNIVERSIS AVIBUS: Hebr.: *Ari omnis aëre*, id est, omni generi volucrum, ut supra vers. 4. AD VICTIMAM MEAM. Victimam suam per metaphoram appellare solet Deus magnam hostium suorum cædem, ut apud Isaiam, cap. 56, 6: *Gladius Domini repletus est sanguine, increpatus est adipe, de sanguine agnorum et hircorum, de sanguine medullatorum arietum: victima enim Domini in Bosrà, et interfectio magna in terrâ Edom*. Et apud Jerem., cap. 46, 10: *Dies autem ille Domini Dei exercituum dies ultionis, ut sumat vindictam de inimicis suis. Decorabit gladius, et saturabitur, et inebriabitur sanguine eorum. Victima enim Domini Dei exercituum in terrâ Aquilonis*. Et supra cap. 21, 9, 10: *Gladius, gladius exacutus est et limatus; ut cædat victimas exacutus est, ut splendeat limatus est*.

VERS. 18. — ALITUM ET PINGUUM OMNIUM. Hebr.: *Taurorum et bovum Basan omnium*, id est, qui omnes in Basan saginati sunt. Erat enim Basan regio pastu celeberrima, ut ex multis Scripturâ locis perspicuum est.

VERS. 20. — SUPER MENSAM MEAM. Mensam meam

vocat Deus vallem illam multitudinis Gog plenam cadaveribus, de quâ vers. 11.

VERS. 21. — ET FOXAM. Ostentabo gloriam meam inter gentes. ET MANUM MEAM, stragem quam in hostibus meis fecerim. Hebraismus.

VERS. 23. — ET SCIENT. Intelligent omnes gentes domum Israel non infirmitate et impotentia meâ, ut ante putabant, sed propter peccata sua, in captivitate ductam fuisse, cum viderint me, postquam eam castigavi, ejus hostes penitus delevisse.

VERS. 25. — REDUCAM CAPTIVITATEM JACOB. In libertatem asseram filios Jacob et Israel, qui captivi tenebantur; congregabo Ecclesiam meam, et ab hostium tyrannide liberabo. ET ASSUMAM ZELUM, id est, vindicabo ab injuriis gentium nomen sanctum meum, ne dicant amplius: *Ubi est Deus eorum?* Psal. 115, 2. Non patiar deinceps polli nomen meum, ut dixit v. 7. Non faciam propter eorum merita, sed propter nomen meum, ne amplius inter gentes polluantur, ut dixit cap. 56, 22.

VERS. 26. — ET FORTABENT; id est, veniet illis in mentem solum peccatorum, eorumque illorū penitentibus; et penitentiam, quam afflicti in captivitate non egerant, agent liberationis beneficio provocati. Sic interpretor ex aliorum locorum collatione. Eodem enim sensu eadem de re loquens dixit supra, cap. 56, 50, 51: *Et multiplicabo fructum ligni et geminaria agri; ut non portetis ultra opprobrium famis in gentibus. Et recordabimini viarum vestrarum pessimarum, studio-rumque non bonarum; et displicebunt vobis iniquitates vestras, et scelera vestra; et cap. 20, vers. 43, et 45: *Et scietis quia ego Dominus, cum induxero vos ad terram Israel, in terram, pro quâ levavi manum meam, ut darem illam patribus vestris. Et recordabimini illi viarum vestrarum, et omnium scelorum vestrorum, quibus polluti estis in eis; et displicebit vobis in conspectu vestro in omnibus malitiis vestris, quas fecistis; et c. 16, v. 60, 61: *Et suscitabo tibi pactum sempiternum. Et recordaberis viarum tuarum et confunderis; et vers. 65: *Ut recorderis et confundaris; et non sit tibi ultra operite os præ confusione tuâ; cum placatus tibi fuerò in omnibus, quæ fecisti. Hic est verus sensus. Hebræorum autem interpretationes mihi hoc loco non placeant.****

VERS. 27. — SANCTIFICATES FUERO. Cum ostendero me Deum esse. Nam sanctus absolutè dicitur Deus; itaque sanctificari est ostendere se Deum esse, ut cap. præcedenti, vers. 16. IN OCVLIS GENTIUM, inspectantibus omnibus gentibus, ut superiore cap., vers. 16 et 27.

VERS. 28. — ET NON RELIQUERIM. De prædestinatis loquitur. Quia si fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquias convertentur ex eo. Isai. 40, 22, et Rom. 9, 27. Hoc est quod Christus dicebat: *Pater, quos dedisti mihi, non perdidisti eis ex quemquam*. Joan. 12, et 18, 9.

VERS. 29. — NON ABSCONDAM. Non deseram Ecclesiam. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi, Matth. 28, 20. Eo quòd EFFUDERIM SPIRITUM MEUM. Eò quòd toto animo ama-



verim Ecclesiam, eò quòd effusissimè Ecclesiam dilexerim. Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret; et: Quomòdò non etiam cum illo omnia nobis donavit? Joan. 3, 16, et Rom. 8, 32. Potest etiam de Spiritu sancto verè aptè intelligi,

## CAPUT XL.

1. In vigesimo quinto anno transmigratiõnis nostre, in exordio anni, decimà mensis, quartodecimo anno postquam perussa est civitas: in ipsà hâc die, facta est super me manus Domini, et adduxit me illuc.

2. In visionibus Dei adduxit me in terram Israel, et dimisit me super montem excelsum nimis: super quem erat quasi ædificiũ civitatis vergentis ad austrum.

3. Et introduxit me illuc: et ecce vir cujus erat species quasi species aris, et funiculus lineus in manu ejus, et calamus mensuræ in manu ejus: stabat autem in porta.

4. Et locutus est ad me idem vir: Fili hominis, vide oculos tuos, et aures tuas audi, et pone cor tuum in omnia que ego ostendam tibi: quia tu ostendatur tibi, adductus es hâc: annuntia omnia que tu vides, domni Israel.

5. Et ecce murus forinsecus in circuitu domus unidique: et in manu viri calamus mensuræ sex cubitorum, et palmo: et mensus est latitudinem ædificii calamo uno, altitudinem quoque calamo uno.

6. Et venit ad portam que respiciebat viam orientalem, et ascendit per gradus ejus: et mensus est limen porte calamo una latitudinem, id est, limen unum calamo uno in latitudine.

7. Et thalamum uno calamo in longum, et uno calamo in latum: et inter thalamos, quinque cubitos:

8. Et limen porte juxta vestibulum portæ, intrinsecus calamo uno.

9. Et mensus est vestibulum portæ octo cubitorum, et frontem ejus duobus cubitis: vestibulum autem portæ erat intrinsecus.

10. Porrò thalami portæ ad viam orientalem, tres hinc et tres inde: mensura una trium, et mensura una frontium ex utraq; parte.

11. Et mensus est latitudinem liminis portæ decem cubitorum: et longitudinem portæ, tredecim cubitorum:

12. Et marginem ante thalamos, cubiti unius; et cubitus unus finis utriusque: thalami autem, sex cubitorum erant hinc et inde.

13. Et mensus est portam à tecto thalami, usque ad tectum ejus, latitudinem viginti quinque cubitorum: ostium contra ostium.

14. Et fecit frontes per sexaginta cubitos: et ad frontem atrium portæ unidique per circuitum.

15. Et ante faciem portæ, que pertingebat usque ad faciem vestibuli portæ interioris, quinquaginta cubitos.

16. Et fenestras obliquas in thalamis, et in frontibus eorum, que erant intra portam unidique per circuitum: similiter autem erant et in vestibulis fe-

quem effudit in nos abundè per Jesum Christum Salvatorem nostrum, ad Titum 3, 6. Caritas enim Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, ad Rom. 5, 5. Eadem sententia apud Jochem, cap. 2, vers. 28, et Isai., cap. 44, 5.

## CHAPITRE XL.

1. La vingt-cinquième année de notre captivité, au commencement de l'année, le dixième du mois, quatorze ans après la ruine de la ville de Jérusalem, ce jour-là même la main du Seigneur fut sur moi, et il me mena à Jérusalem.

2. Il me mena en une vision divine, au pays d'Israël; et il me mit sur une fort haute montagne, sur laquelle était comme le bâtiment d'une ville tournée vers le midi.

3. Il me fit entrer dans ce bâtiment; et je rencontrai d'abord un homme dont le regard brillait comme l'airain étincelant; il tenait d'une main un cordeau de fin lin, et il portait dans l'autre une canne pour mesurer; et il se tenait devant la porte.

4. Ce même homme me parla, et me dit: Fils de l'homme, voyez bien de vos yeux, écoutez bien de vos oreilles; et gravez dans votre cœur tout ce que je vais vous montrer, parce qu'on vous a amené ici pour vous le faire voir; et annoncez à la maison d'Israël tout ce que vous aurez vu.

5. En même temps, je vis au dehors une muraille qui environait la maison de tous côtés; et cet homme tenait à la main une canne pour mesurer, qui avait six coudées et un palme de long; il mesura la largeur de la muraille, qui était d'une toise, et la hauteur qui était aussi d'une toise.

6. Il vint ensuite à la porte qui regardait vers l'orient, et il y monta par les degrés; il mesura le seuil de la porte, qui avait une toise de largeur, c'est-à-dire, que le seuil était large d'une toise.

7. Il mesura aussi les chambres, qui avaient une toise de long, et une toise de large; et il y avait cinq coudées entre les chambres.

8. Le seuil de la porte près du vestibule au dedans de la porte, avait une toise.

9. Il mesura le vestibule de la porte, qui avait huit coudées, et le frontispice qui en avait deux: le vestibule de la porte était au dedans.

10. La porte qui regardait vers l'orient avait trois chambres d'un côté, et trois chambres d'un autre; et les trois chambres et les trois frontispices des deux côtés étaient d'une même mesure.

11. Il mesura la largeur du seuil de la porte, qui était de dix coudées, et la longueur de la porte, qui était de treize coudées.

12. Il y avait devant les chambres un rebord d'une coudée; une coudée finissait ces rebords, qui se répondaient; et les chambres d'un côté et l'autre étaient de six coudées.

13. Il mesura la porte depuis le toit d'une chambre jusqu'au toit de l'autre, qui était de la largeur de vingt-cinq coudées; et les portes des chambres étaient vis-à-vis l'une de l'autre.

14. Il mesura des frontispices de soixante coudées, et il ajouta aux frontispices le vestibule de la porte qui régnait tout autour.

15. Devant la face de la porte qui s'étendait jusqu'à la face du vestibule de la porte intérieure, il y avait cinquante coudées.

16. Et des fenêtres de biais aux chambres et aux frontispices qui étaient au dedans de la porte tout autour d'un côté et d'autre; il y avait aussi au dedans

nostre per gyrum intrinsecus, et ante frontes pictura palmarum.

17. Et eduxit me ad atrium exterius: et ecce gazophylacia, et pavimentum stratum lapide in atrio per circuitum: triginta gazophylacia in circuitu pavimenti.

18. Et pavimentum in fronte portarum, secundum longitudinem portarum erat inferius.

19. Et mensus est latitudinem à facie portæ inferioris usque ad frontem atrii interioris extrinsecus, centum cubitos ad orientem, et ad aquilonem.

20. Portam quoque, que respiciebat viam aquilonis atrii exterioris, mensus est tam in longitudine, quam in latitudine:

21. Et thalamos ejus tres hinc et tres inde: et frontem ejus, et vestibulum ejus secundum mensuram portæ prioris, quinquaginta cubitorum longitudinem ejus, et latitudinem viginti quinque cubitorum.

22. Fenestra autem ejus, et vestibulum, et sculpturæ secundum mensuram portæ, que respiciebat ad orientem: et septem graduum erat ascensus ejus, et vestibulum ante eam.

23. Et porta atrii interioris contra portam aquilonis, et orientalem: et mensus est à portâ usque ad portam centum cubitos.

24. Et eduxit me ad viam australem, et ecce porta que respiciebat ad austrum: et mensus est frontem ejus, et vestibulum ejus, juxta mensuras superiores:

25. Et fenestras ejus, et vestibula in circuitu, sicut fenestras cæteras, quinquaginta cubitorum longitudine, et latitudine viginti quinque cubitorum.

26. Et in gradibus septem ascendebatur ad eam: et vestibulum ante fores ejus: et cæclæ palmæ erant, una hinc, et altera inde, in fronte ejus.

27. Et porta atrii interioris in viâ australi: et mensus est à portâ usque ad portam in viâ australi, centum cubitos.

28. Et introduxit me in atrium interius ad portam australem: et mensus est portam juxta mensuras superiores:

29. Thalamum ejus, et frontem ejus, et vestibulum ejus eisdem mensuris: et fenestras ejus, et vestibulum ejus in circuitu, quinquaginta cubitos longitudinis, et latitudinis viginti quinque cubitos:

30. Et vestibulum per gyrum longitudine viginti quinque cubitorum, et latitudine quinque cubitorum:

31. Et vestibulum ejus ad atrium exterius, et palmas ejus in fronte: et octo gradus erant, quibus ascendebatur per eam.

32. Et introduxit me in atrium interius per viam orientalem: et mensus est portam secundum mensuras superiores:

33. Thalamum ejus, et frontem ejus, et vestibulum ejus, sicut supra: et fenestras ejus, et vestibula ejus in circuitu, longitudine quinquaginta cubitorum, et latitudine viginti quinque cubitorum.

34. Et vestibulum ejus, id est, atrii exterioris: et

des vestibules des fenêtres tout autour, et devant les frontispices des palmes peintes.

17. Il me mena aussi au parvis de dehors, où je vis des chambres; et le parvis était pavé de pierres de tous côtés; et il y avait trente chambres au tour du pavé.

18. Et le pavé au frontispice des portes était plus bas, selon la longueur des portes.

19. Et il mesura la largeur depuis la face de la porte en bas jusqu'au frontispice du parvis intérieur par le dehors; et il y avait cent coudées vers l'orient et vers l'aquilon.

20. Il mesura aussi la longueur et la largeur de la porte du parvis extérieur qui regardait vers l'aquilon,

21. Et ses chambres, dont il y en avait trois d'un côté et trois d'un autre, et son frontispice et son vestibule selon la mesure de la première porte; et il y avait cinquante coudées de long, et vingt-cinq coudées de large.

22. Ses fenêtres, son vestibule, et sa sculpture étaient de la même mesure que celle de la porte qui regardait vers l'orient; et on y montait par sept degrés, et il y avait au-devant un vestibule.

23. Et la porte du parvis intérieur était vis-à-vis de l'autre porte, du côté de l'aquilon, et du côté de l'orient; et ayant mesuré l'espace d'une porte à l'autre, il y trouva cent coudées.

24. Il me mena aussi vers le midi; et je vis une porte qui regardait le midi; il en mesura le frontispice et le vestibule, qui était de même mesure que les autres.

25. Et ses fenêtres, avec les vestibules autour, étaient comme les autres fenêtres; elles avaient cinquante coudées de long, et vingt-cinq coudées de large.

26. On montait par sept degrés: le vestibule était devant la porte: et il y avait un frontispice des palmes de sculpture; une d'un côté, l'autre de l'autre.

27. Et la porte du parvis intérieur était du côté du midi; et ayant mesuré l'espace d'une porte jusqu'à l'autre du côté du midi, il trouva cent coudées.

28. Il me fit entrer aussi dans le parvis intérieur à la porte du midi: et il prit la mesure de la porte, comme celle des autres.

29. Il prit aussi les mêmes mesures de la chambre, du frontispice, du vestibule, des fenêtres, et du vestibule tout autour; et il trouva cinquante coudées de long et vingt-cinq de large.

30. Le vestibule qui régnait tout autour avait vingt-cinq coudées de long et cinq de large.

31. Le vestibule allait au parvis extérieur; et il y avait des palmes au frontispice, et huit degrés pour y monter,

32. Puis il me fit entrer dans le parvis intérieur, par le chemin qui regarde l'orient; et il mesura la porte selon les mesures déjà nommées.

33. Il en mesura la chambre, le frontispice et le vestibule, comme il est dit auparavant, les fenêtres aussi, et le vestibule tout autour qui avaient cinquante coudées de long, et vingt-cinq de large.

34. Et il en mesura le vestibule qui regardait le parvis extérieur; et il y avait des palmes de côté et



palme exalte in fronte ejus, hinc et inde : et in octo gradibus ascensus ejus.

35. Et introduxit me ad portam que respiciebat ad aquilonem : et mensus est secundum mensuras superiores :

36. Thalamum ejus, et frontem ejus, et vestibulum ejus, et fenestras ejus per circuitum, longitudine quinquaginta cubitorum, et latitudine viginti quinque cubitorum.

37. Et vestibulum ejus respiciebat ad atrium exterius : et calcatura palmaram in fronte ejus hinc et inde : et in octo gradibus ascensus ejus.

38. Et per singula gazophylacia ostium in frontibus portarum : ibi lavabant holocaustum.

39. Et in vestibulo porte, duæ mensæ hinc, et duæ mensæ inde, ut immolaretur super eas holocaustum, et pro peccato, et pro delicto.

40. Et ad latera exterius, quod ascendit ad ostium porte, quæ pergit ad aquilonem, duæ mensæ : et ad latera alterum ante vestibulum porte, duæ mensæ.

41. Quatuor mensæ hinc, et quatuor mensæ inde : per latera porta octo mensæ erant, super quas immolabant.

42. Quatuor autem mensæ ad holocaustum, de lapidibus quadris extractæ : longitudine cubiti unius et dimidii, et latitudine cubiti unius et dimidii, et altitudine cubiti unius : super quas ponant vasa, in quibus immolatur holocaustum et victima.

43. Et labia eorum palmi unius, reflexa intrinsecus per circuitum : super mensas autem carnes oblationis.

44. Et extra portam interiorem, gazophylacia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere porte respicientis ad aquilonem : et facies eorum contra viam australem, una ex latere porte orientalis, quæ respiciebat ad viam aquilonis.

45. Et dixit ad me : Hoc est gazophylacium, quod respicit viam meridianam; sacerdotum erit, qui exebant in custodiis templi.

46. Porro gazophylacium quod respicit ad viam aquilonis, sacerdotum erit, qui exebant ad ministerium altaris. Isti sunt filii Sadoc, qui accedunt de filiis Levi ad Dominum ut ministrent ei.

47. Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum, et latitudine centum cubitorum per quadrum : et altare ante faciem templi.

48. Et introduxit me in vestibulum templi : et mensus est vestibulum quinque cubitis hinc, et quinque cubitis inde : et latitudinem porte trium cubitorum hinc, et trium cubitorum inde :

49. Longitudinem autem vestibuli viginti cubitorum, et latitudinem undecim cubitorum, et octo gradibus ascendebatur ad eam. Et columnæ erant in frontibus : una hinc, et altera inde.

VERS. 1. — VICESIMO QUINTO ANNO. Anno quinto, mense quarto, die quinto aperti fuerant prophete creli, cap. 1, 4, 2; itaque viginti post annis, aut, ut minutius Hieronymus colligit, decem et novem, no-

d'autre, qui étaient gravées au frontispice : et on y montait par huit degrés.

35. Il me mena ensuite vers la porte qui regardait l'aquilon ; et il en prit les mesures, comme il avait fait des précédentes.

36. Il en mesura la chambre, le frontispice, le vestibule et les fenêtres tout autour, qui avaient cinquante coudées de long, et vingt-cinq de large.

37. Son vestibule regardait vers le parvis extérieur; et il y avait de côté et d'autre des palmes gravées au frontispice, et on y montait par huit degrés.

38. Et en chaque chambre du trésor il y avait une porte au frontispice de l'entrée; c'était là qu'ils lavaient l'holocauste.

39. Au vestibule de la porte, il y avait deux tables d'un côté, et deux tables de l'autre, afin d'y immoler les holocaustes; et les victimes pour les péchés et pour les fautes.

40. Et au côté de dehors, qui monte vers l'entrée de la porte qui regarde vers l'aquilon, il y avait deux tables; et de l'autre côté, devant le vestibule de la porte, il en avait encore deux :

41. Quatre tables d'un côté, et quatre tables de l'autre au côté de la porte, qui étaient en tout huit tables, sur lesquelles on immolait les sacrifices.

42. Les quatre tables pour l'holocauste étaient faites de pierres carrées, qui avaient une coudée et demie de long, une coudée et demie de large, et une coudée de hauteur; et on mettait dessus les vases où l'on immolait l'holocauste et la victime.

43. Elles avaient au bord d'un palmier, qui se courbait en dedans tout autour; et on mettait sur les tables les chairs de l'oblation.

44. Au dehors de la porte intérieure, étaient les chambres des chantres au parvis intérieur qui était à côté de la porte qui regarde vers l'aquilon; leur face était tournée vers le midi, il y en avait une à côté de la porte orientale, qui regardait vers l'aquilon.

45. Et cet homme me dit : Cette chambre qui regarde le midi sera pour les prêtres qui veillent à la garde du temple.

46. Et cette autre chambre qui regarde vers l'aquilon sera pour les prêtres qui veillent pour le ministère de l'autel. Ceux-ci sont les fils de Sadoc, qui sont ceux d'entre les enfants de Lévi qui approchent le Seigneur pour le servir.

47. Il mesura aussi le parvis, qui avait cent coudées de long, et cent coudées de large en carré; et l'autel qui était devant la face du temple.

48. Il me fit entrer dans le vestibule du temple; et il en mesura l'entrée, qui avait cinq coudées d'un côté, et cinq coudées de l'autre; et la largeur de la porte, qui avait trois coudées d'un côté, et trois coudées de l'autre.

49. Le vestibule avait vingt coudées de long, et onze de large; et on y montait par huit degrés. Il y avait au front deux colonnes, une d'un côté, et l'autre de l'autre.

## COMMENTARIUM.

ven mensibus, quinque diebus, ostensa illi est novi templi figura. Decem autem et novem annis postquam vidit gloriam Dei è templo discedentem. Nam anno sexto gloriam è templo, et è civitate discedentem vi-

derat, cap. 8, 4, et cap. 11, 25. Ex quo colligunt Hebræi hanc novi templi restorationem initio anni jubilei Ezechiele fuisse perfectam. Putant enim, ut initio capitis primi diximus, Ezechielem anno tricesimo, post ultimum jubileum celos apertos vidisse, qui idem fuit quintus transmigratoris annus, cap. 1, versu 2. Hanc autem templi restorationem vidit anno ejusdem transmigratoris vicesimo quinto; ex quibus si quinque demas, qui, cum celos apertos vidit, iam effluerant, reliqui erunt viginti; Qui additi ad triginta, qui, ut illi probant ex *Sider olam*, jam praterierant ab ultimo jubileo, efficiunt quinquaginta annos. Anno autem quinquagesimo erat jubileus Levit., cap. 25, 10. Res incerta et scitu non admodum necessaria, sed probabilis. TRANSMIGRATORIS SOSTRÆ. Indicat se cum Jechonia in Chaldaeam transmigrasse. Vocat autem transmigratoriem, non captivatem, quia Jechonias non fuit captus ut Sedecias; sed spontè dedit se, 4 Regum 24, 12, ut capite 1, versu 1, notavimus. Quamvis sæpè captivitatis et transmigratoris nomen in unum confundatur. EXORDIO ANNI. Qui hunc annum jubileum fuisse putant, exordium anni septimum anni mensem interpretantur; quo mense jubileus inchoabatur. Levitic. 25, 9, 10. Ego primum anni vicesimi quinti transmigratoris mensem intelligo. Cum enim solet propheta et annum et mensem et diem nominare; hic autem annum quidem et diem notaverit; quo verò loco mensis notandus erat, ibi exordium anni dixerit, credendum est voluisse illum certum aliquem mensem more designare. Nullum autem mensem exordio nomine nisi primum designare potuit. Decimo secundo ANNO. Undecimo transmigratoris Jechonia anno capta fuit Jerusalem, qui idem fuit undecimus regni Sedecie annus, 4 Regum 25, 2, et Jerem. 39, 2, et 52, 5. Nam idem fuit primus transmigratoris Jechoniae, et regni Sedecie annus, 4 Regum 24, 17. Undecim autem et quatuordecim sunt viginti quinque. Itaque si vicesimo quinto anno transmigratoris novam templi formam vidit, decimo quarto capte urbis anno vidit. Quo numero Hieronymus quatuordecim à David usque ad Christum, qui templum, id est, Ecclesiam adificavit, generationes mysticè significari putat. In ipsa hac die. Gregorius et nonnulli alii in ipsi die qua percussa est civitas interpretantur; mysteriumque in eà re latere putant. Ego mysterium non negarem, si historiam viderem convenire; sed non convenit. Nam civitas percussa est mense quarto, die nona. Jerem. 39, 2, et 52, 6; hæc autem figura ostensa est Ezechiele mense primo, die decima. Ego: In ipsa hæc die, interpretor, eadem die decima. FACTA EST SUPER ME MANUS DOMINI. Afflatus sum spiritu prophetico, aut, ostensa mihi est gloria Domini, ut cap. 1, 5, et c. 5, 22, 23; aut, missa est ad me similitudo manûs Domini, ut cap. 8, 5. Et adduxit me ILLU. Sicut qui putent relativum esse sine antecedente. Alii, anticipationem, quæ relativum præcedit, antecedens sequatur. Dicit enim versu sequenti: Adduxit me in terram Israel. Ego ad civitatem, quæ

præcesserat referri arbitror, ut et R. Salom. et R. David adnotant.

VERS. 2. — IN VISTOSIS DEI, spiritu prophetico; aut, magnâ quâdam et admirabili visione, ut cap. 1, 1, et cap. 8, 5; plurale pro singulari. ADDUXIT ME, manus Domini que super me facta fuerat. SUPER MONTEN EXCELSUM ANNIS. Petat R. David montem Sion excelsum nimis, aut valde, vocari, non quòd omnium altissimus esset, sed propter situm, quia erat in terra Israel altissimum omnium montium; et terra Israel altissima erat omnium terrarum. Idè apud Isaiam dicitur, cap. 2, 2: *Et erit in novissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium.* Terram Israel esse omnium terrarum altissimum aliis locis monui Rabbinozum esse commentum. Itaque non potest eà de causâ mons Sion altissimum appellari; sed propter mysterium, sicut apud Isaiam dicitur futurum in capite montium; quasi tunc non esset, sed futurus esset omnium celeberrimus; quò idcirco observandum est, quia hinc paulò post probatum non esse ea que hoc capite dicuntur, de templo Jerusalemitano intelligenda. QUASI EBREICUM CIVITATIS. Idè dicit, quasi, quia urbs Jerusalemiana, qua eo loco fuerat, eversa erat, ut non apparent nisi ruina ac rudera, aut quia nondum nova urbs, de qua agit, edificata erat, sed solum apparebant prima ejus lineamenta et ichnographia. VERGENTIS AB AUSTRUM, versus meridiem. Erat enim mons Sion ad occasum septentrionalem, urbs verò ad latera montis versus Orientem et Meridiem explicata.

VERS. 5. — SPECIES. Color, quasi dicat, erat totus fulgidus et splendidus, qui color divinitatem significare solet, ut cap. 1, vers. 27, et 8, 2. ET FUNICULUS LINEUS, quo architecti uti solent. Describit enim architecti figuram. ET CALANUS MENSURÆ, mensuræ, Hebraismus. Similis visio apud Zachariam, cap. 2, 4, et apud Joan., in Apocalyp., cap. 21, 15.

VERS. 4. — VIDE OCELLUS TUUS. Diligenter aspice, et attentè adde omnia, animoque observa que ostendam tibi.

VERS. 5. — ET ECCE MURS. Visus sum mihi videre murum, citra domum in circuitu; aut claris sic resolveret Hebraismus, visus mihi sum videre domum, et murum extra illam per circuitum. Existimat Rabbi David, quem multi sequuntur, domum hoc loco montem ipsum appellari, qui muro cinctus erat. Ego per anticipationem domum vocari arbitror templum, quod paulò post propheta describit; aut, spatium, ubi paulò post templum idem architectus designat. SEX CURRUBUM ET PALMO, id est, sex cubitorum, et sex sexipalmarum; sex cubitorum, et uno amplius palmo addito, ad singulos cubitos, quasi dicat, sex cubitorum sacrorum. Nam cubitus communis continebat quinque palmos, sacer sex, ut tradunt Hebræi, qui ita hunc locum interpretantur. Quod sensum Hebraice verba præ se ferunt: *Sex cubitorum in cubito et palmo*, id est, ex cubitis, quorum unusquisque continet cubitum communem, et palmum. Eodem sensu veritit Chaldaeus; et Sept. τὸ μέτρον πηχῶν ἕξ ἐν πηχῶν καὶ



Confirmatur hæc interpretatio ex similibus ejusdem prophetae loco cap. 43, vers. 15: *Ista autem mensura altaris in cubito verissimo, qui habebat cubitum et palmum.* Cubitum enim verissimum, sacrum cubitum intelligit, qui communes cubitos uno excedebat palmo. Itaque canna illa mensoria, quam iste divinus architectus manu tenebat, sex cubitos habebat sacros, septem verò communes, et unum præterea palmum. LATITUDINEM EDIFICII, muri, id est, posuit signum ad altitudinem unius cannae, ut eò usque muri altitudo tolleretur; et alterum signum latitudinis ejusdem cannae. Itaque latitudo et altitudo muri erat æqualis, sex nimirum sacrorum cubitorum, id est, triginta sex palmorum.

VERS. 6. — ET VENIT AD PORTAM, templi, quod incipit describere. Alii ad portam muri exponunt. Quod idè non videtur convenire, quia paulo ante vers. 5, dictum fuerat eum esse in portâ, quæ non potest intelligi nisi muri. Non ergo, venit ad portam muri, in quâ jam erat; sed ad portam templi ad quam nondum venerat. ET ASCENDIT PER GRADUS. Quia templum erat in monte Sion in loco arduo et acclivi, septem ad illud gradibus ascendebatur, ut dicitur vers. 22. ET MENSES EST LIMEN. *Saph*, ambiguum nomen est. Nam et limen inferius et superius portæ significat, et duos postes, qui ex duobus lateribus portam efficiunt; atque ita hoc loco interpretatur R. David, quantum magis videtur convenire, ut limen inferius et superius interpretetur propterea, quæ vers. 8, dicitur. IN EST, LIMEN USQUE. Hebr., *et limen unum*; id est, unumquodque limen canna una in latum. Itaque uterque postis latus erat triginta sex palmos.

VERS. 7. — ET THALAMUM, unumquemque thalamum; sex enim erant, tres ex unâ parte portæ, totidem ex alterâ, ut dicit infra, vers. 12. Erant autem thalami parva cubicalia, ubi templi custodes habitabant, quæ nunc in portis urbium videmus. ET INTER THALAMOS QUINQUE CUBITOS. Inter unum et alterum cubiculum erat murus quinque cubitorum, ut Paraphrastes Chaldaeus interpretatur. ET LIMEN PORTÆ. Aut limen inferius portæ possumus intelligere, ita ut longitudo et latitudo portæ esset æqualis; nam paulo ante dixerat postes esse latos calamo uno, vers. 6. Aut vocat *Saph* postem ejusdem portæ, sed interiorum versus vestibulum, ut Hebræi volunt. Juxta VESTIBULUM INTRINSECUS, id est, juxta vestibulum, quod non erat extrinsecus, sicut cætera esse solent, sed intrinsecus versus adytum templi, aut versus alteram portam interiorum. Duabus enim portis vestibulum intercipiebatur.

VERS. 8. — VESTIBULUM PORTÆ. Vestibulum portæ vocat, quod inter exteriorum et interiorum portam erat; propterea Hebræicè dicit *intrinsecus*, quod noster interpretis non transtulit. OCTO CUBITORUM. Hebr., *unâ canna*, id est, sex cubitis, quasi dicat, vestibulum erat latus sex cubitis. Hieronymus propterea, ut opinor, verit, *octo cubitorum*, quia existimavit unam cannam septem cubitos habere, deinde unum; et

quia versu sequenti dicit mensum fuisse vestibulum octo cubitis, sed hic loquitur de vestibuli latitudine, quæ tanta erat quanta erat latitudo portæ. Latitudo autem portæ erat unius cannae, ut vers. 6 dictum est; illic autem loquitur de longitudine.

VERS. 9. — ET FRONTEM EIUS. Frontem putant aliqui vocari appendicem, quæ ex portâ supernè exstabat ad pluviam prohibendam, quam dicit duorum cubitorum fuisse, aut, ut alii interpretantur, singulas appendices singulos cubitos habuisse; utramque autem simul (duæ enim erant, altera intrinsecus, altera extrinsecus) duos cubitos. Melius, alii postes, id est, urres interpretantur, in quibus cochlea erat, quæ gradatim ascendebatur, et fenestella, ut dicit vers. 16; murus ergo turris cochleam circumcingens habebat duos cubitos spissitudinis. Hebræicè ante hæc verba sunt hæc, *et mensus est vestibulum portæ octo cubitis*, id est, longitudinem vestibuli.

VERS. 10. — AD VIAM ORIENTALEM, id est, cubicalia, quæ erant juxta portam orientalem quam describit, ut dicit vers. 6, erant sex; tria unâ ex parte portæ, et totidem ex alterâ. Quorum eadem erat mensura, scilicet unius cannae in longum, et alterius in latum, ut dicit vers. 7.

VERS. 11. — LATITUDINEM LIMINIS. Hebr., *ostii portæ*; ostium autem vocat introitum, quem dicit decem cubitos in latum habuisse. Cui videtur esse contrarium, quod dixit vers. 6, mensum fuisse latitudinem liminis calamo uno, id est, sex cubitis; sed non est. Nam aut eo loco limen postem vocavit, ut interpretantur Hebræi; aut agit de latitudine ipsius liminis ab ortu ad occasum, cum hic agit de latitudine non liminis, sed portæ; non *saph*, sed *phetae*. ET LONGITUDINEM PORTÆ. Longitudinem appellat altitudinem.

VERS. 12. — ET MARGINEM. Hebr. *terminum*. Alii putant sic vocari sedile, quod ante thalamos erat; spatium ad ambulandum. Ego terminum appellari arbitror spatium quod erat inter portam, et unum ordinem cubiculorum unâ ex parte muro adhaerentium, et alterum ex alterâ, quod unius cubiti fuisse dicit. ET CERBITES UNUS FINIS UTRINQUE, *terminus inde*, ad verbum. Intelligitur autem altera pars sic: Terminus ante calamos cubiti unius (hinc) et terminus inde cubiti unius. THALAMI AUTEM SEX CUBITORUM, unusquisque thalamus sex cubitos in longum, et totidem in latum habebat, ut dicit vers. 7.

VERS. 13. — ET MENBUS EST PORTAM. Portam nunc vocat, non solum introitum, ut vers. 41, sed introitum, et totum ædificium quod porta ornabat, in quo et ipsa porta et thalamorum latitudo continebatur; quod totum ædificium à tecto unius thalami, id est, ab extremitate tecti unius thalami usque ad ultimam extremitatem alterius thalami è regione respondentis viginti quinque cubitorum fuisse dicit. Nam unusquisque thalamus habebat sex cubitos. Itaque uterque thalamus alter ex unâ, alter ex alterâ parte portæ habebat duodecim. Porta verò habebat decem, et marginem ac terminus utrinque duos simul, ut dicit vers. 11

et 12 sunt viginti quatuor. Credibile autem est tectum thalamorum eminusse tribus palmis, id est, dimidio cubito; itaque in duobus thalamis est unus cubitus, sicut viginti quinque. OSTIUM CONTRA OSTIUM, id est, ostium unius cubicali, sive thalami erat è regione ostii alterius, quemadmodum videmus monachorum cubicalia esse disposita.

VERS. 14. — ET FECIT, metiendo designavit. FRONTES. Alii postes, alii columnas, alii cubicalia esse dicunt, de quibus agitur, cap. sequenti, vers. 1. Erant enim circum templum cubicalia ejusdem atque templum longitudinis; longitudo autem templi erat sexaginta cubitorum. Chaldaeus aliter Hebraica verba conjungens, alio sensu convertit. Fecit frontes sexaginta; altitudo earum unius cubiti erat, atque ita omnes simul sexaginta erant cubitorum. ET AD FRONTEM, juxta postem, aut columnam, aut cubiculum. Hebr. quidam ex commentariis R. David, *et uniusque posti atrii et portæ per circuitum* (sub. eadem erat mensura); erant enim per circuitum muri quinque portæ.

VERS. 15. — ANTE FACIEM. Ab ante faciem, ut ita dicam, id est, à facie anteriori portæ usque ad faciem anteriorem alterius portæ vestibuli totum interjectum spatium quinquaginta cubitorum erat; quem numerum variè interpretes colligunt. Ergo ex his quæ dicta sunt supra ita computa: Inter unam et alteram portam erant terni hinc inde thalami, quorum unusquisque sex cubitorum erat, ut vers. 7, dictum est, ter sex sunt decem et octo. Inter thalamum et thalamum erat spatium quinque cubitorum, et erant quatuor hujusmodi spatia, ut ibidem declaravimus: quater quinque sunt viginti, quos si addas prioribus decem et octo, efficiet triginta octo. Rursus utraque porta habebat limen latum sex cubitos, ut dicit vers. 6, sunt duodecim, qui si addantur triginta octo, efficiet quinquaginta.

VERS. 16. — ET FENESTRAS OBLIQUAS. Fenestras clausas, non omnino, quia non essent fenestras, sed aliquæ ex parte, quia extrinsecus late erant, intrinsecus anguste, ut R. David interpretatur, aut extrinsecus anguste, et intrinsecus late, ut alii volunt, magisque verisimile est. Sic enim ad diffundendum intrinsecus lumen fieri solent, ut in templo Salomonis erant, 3 Reg. 6, 4, et infra, c. 41, 16. ET IN FRONTIBUS EORUM. In postibus, in coeleis, quibus ascendebatur. SIMILITER AUTEM ERANT ET IN VESTIBULIS; vestibula vocat numero plurali duo illa spatia quæ intra duas portas erant, quæ erant veluti duo termini magni vestibuli. ET ANTE FRONTES PICTURA PALMARUM. Hebr., *et posti palmæ*, id est, uniusque posti aut columnæ insculptæ erant palmarum figuræ.

VERS. 17. — AD ATRIUM EXTERIUS. Ad primum atrium, quod ingredientibus occurrebat; id autem erat trium mulierum, quod exterius appellabatur comparatione atrii viroorum, quod erat interius. ET ECCE GAZOPHYLACIA. Hebr., cubicalia, in quibus templi ministri habitabant, Jerem., c. 36, vers. 10, 12. PER CIRCUITUM. Hoc verbum ad gazophylacia, non ad pavimentum referendum est. Non enim est sensus,

pavimentum fuisse stratum per circuitum, sed gazophylacia fuisse per circuitum atrii, ut statim declaratur.

VERS. 18. — IN FRONTE PORTARUM. Hebr., ad latus portarum. Portas autem intelligit non cubiculorum, sed ipsius atrii: due enim erant portæ, quibus ex atrio exteriori in atrium interius introitus erat; ad quas portas per gradus ascendebatur; quia, cum templum in monte esset, ad omnes portas et vestibuli et atrii per gradus ascendendum erat, ut vers. 6, dictum est. Hoc est quod dicit, *secundum longitudinem portarum erat inferius*, id est, tantum erat pavimentum inferius portam, quanta erat altitudo graduum, quibus ad portam ascendebatur. Hanc enim altitudinem, longitudinem portarum vocat, ut supra, vers. 11.

VERS. 19. — LATITUDINEM, atrii exterioris, quod describit. A FACIE PORTÆ INFERIORIS, id est, à principio portæ orientalis, quod extrinsecus prospiciebat; hanc enim vocat faciem portæ. Inferiorem autem appellat, quia inferior erat quam portæ secundi atrii. Nam à primo atrio ad portam secundi per octo gradus ascendebatur. USQUE AD FRONTEM ATRII INTERIUS, interioris, id est, usque ad frontem sive initium atrii viroorum. EXTRINSECUS, mensus, inquam, est *extrinsecus*, id est, extra atrium interius spatium, quod erat inter illud et primum portam orientalem. Habebat autem centum cubitos. AD ORIENTEM ET AQUILONEM, id est, similiter mensus est latus orientale, et aquilonare totidem cubitis. Est enim verbum metiendi iterum repetendum. Significat autem, longitudinem et latitudinem atrii æqualem fuisse, atriumque quadratum.

VERS. 20. — PORTAM QUOQUE. Descripsit hactenus propheta primum portam orientalem, quæ divinum illum architectum ingressum fuisse dixit; deinde atrium exterius. Nunc describit portam et vestibulum aquilonare ejusdem atrii, quod per omnia orientali æquale ac simile erat, ut tribus sequentibus versibus declarat. Portam autem vocat hoc loco non solum portam, sed portam unâ cum toto vestibulo, et thalamis adjunctis.

VERS. 23. — ET PORTA ATRII INTERIORIS CONTRA PORTAM AQUILONIS ET ORIENTALEM; id est, his duas portas atrii exterioris orientalem et aquilonarem, quas descripsimus respondebant è regione aliæ duæ portæ in atrio interiori. Idemque de aliis portis intelligendum est.

VERS. 24. — AD VIAM AUSTRALEM. Ad Meridiem. Describit nunc portam meridionalem, eodem prorsus modo, quo cæteras.

VERS. 28. — ET INTRODIXIT ME IN ATRIUM INTERIUS. Queret aliquis, quomodo ingredietur ad metiendum atrium interius, cum non descriperit nisi tres portas atrii exterioris. Nimirum, quia in atrium exterius tribus tantum portis extrinsecus introitus erat. Nam quarta porta, quæ ad occasum solis erat, communis erat atrii exterioris et interioris, quæ ab uno in aliud transibatur. Depingit ergo nunc atrium



interius eadem figurâ atque mensurâ, quâ exterius usque ad vers. 52.

VERS. 29. — THALAMUM EJUS. Hebr., et *thalamos ejus*, ut et Sept. vererunt, et sententia ipsa requirit; multi enim thalami in unaquaque portâ erant, sicut in exteriori atrio, vers. 10.

VERS. 30. — ET VESTIBULUM PER CIRCVM; Hebr., et *vestibula per gyrum*, LONGITUDINE VIGINTI QUINQUE CUBITORUM, ET LATITUDINE QUINQUE CUBITORUM. Miror interpretes hoc loco non hæere. Cum enim eandem omnium vestibulorum mensuram esse dixerit, et cæteris vestibulis quinquaginta cubitos longitudinis, et viginti quinque latitudinis attribuerit, vers. 21, 22, 23, nunc viginti quinque cubitos longitudinis, et quinque tantum latitudinis habuisse dicit. Ego igitur hoc loco vestibula vocari arbitror illa quatuor spatia vacua, quæ inter thalamos magni vestibuli erant; quorum unumquodque quinque habebat cubitos latitudinis, ut dixit vers. 7; longitudinis autem habebat cubitos viginti quinque; hæc enim erat latitudo magni vestibuli. Vocat autem hic vestibulum spatium quod constabat ex duobus oppositis collibus, qui inter thalamos erant, alter ex unâ, alter ex alterâ parte; et præterea ex spatio vacuo magni vestibuli.

VERS. 32. — ET INTRODUXIT ME IN ATRIUM INTERIUS. Non in aliud, sed in idem atrium virorum, quod interius appellatur; sed per aliam portam.

VERS. 33. — THALAMUM EJUS. Thalamos ejus, et frontes ejus, ut vers. 29.

VERS. 35. — ET INTRODUXIT ME AD PORTAM; ejusdem atrii, sed aquilonarem.

VERS. 36. — THALAMUM EJUS. Et thalamos ejus, et frontes ejus, ut vers. 29 et 35.

VERS. 38. — ET PER SINGULA GAZOPHYLIACIA, id est, singulorum gazophylaciolorum, quæ juxta portas erant, ostia erant juxta frontes portarum; ita ut juxta singulas portas singula gazophylacia sive cubicalia essent, ubi holocausta lavarentur. Hebr. *Et cubiculum (unum) erat, et ostium ejus juxta frontes portarum*; id est, juxta singulas portas, unum cubiculum erat, cuius ostium respiciebat ad frontes portæ; atque in eo cubiculo lavabantur intestina eorum animalium, quæ in holocaustum offerbantur.

VERS. 39. — ET IN VESTIBULO PORTÆ, INTERIORI. Vocat vestibulum portæ, quod portæ eminentiâ legitur, quod duplex erat, alterum interius, alterum exterius. In utroque ergo aquilonaris portæ vestibulo quatuor mensas fuisse dicit, duas ex uno latere portæ, et alias duas ex altero. Itaque octo erant mensæ, quatuor intra, et alias quatuor extra portam. Hoc est quod dicit vers. 41: *Quatuor mensæ hinc, et quatuor mensæ inde*, id est, quatuor intra, et quatuor extra portam.

VERS. 42. — QUATOR AUTEM MENSÆ. Non alie, sed eadem. Repetit enim eas, ut eorum magnitudinem et mensuram describat. Nominat autem quatuor et intelligit octo; quoniam cum omnes similes essent, quod de quatuor exterioribus dicit, idem de quatuor etiam interioribus d'cere putandum est.

VERS. 45. — ET LABIA EARUM. Eodem modo Septuag. vererunt, quasi legerint *scaphatam*, cum puncto in sinistro cornu *schin*, pro *scaphatam*, cum puncto in dextro cornu, quod non differunt nisi puncto. Hebræi autem alii dicunt *scaphatam*, tripodes significare, quibus olla superponuntur, ut R. David. Alii unicus ferreus, quibus suspendi solent carnes, ut Chalcedius paraphrastæ, et eum secutus R. Salomon; qui sensus videtur magis huic loco convenire.

VERS. 44. — EXTRA PORTAM INTERIOREM, id est, atrii interioris. GAZOPHYLIACIA CANTORUM. Hebr., *cubicula*. In singulis vestibulis aut portis erant decem cubicalia, quinque ad unum latus, et totidem ad alterum. Erant autem tres portæ in unoquoque atrio præter occidentalem, quâ ingressus erat in sacrarium, in quâ nihil hujusmodi erat, quale in aliis propheta descripsit. Erant igitur triginta cubicalia, ut dixit vers. 17. In his cubiculis ministri templi habitabant, alii in aliis pro cujusque officio ac dignitate. In his igitur quæ erant ad portam aquilonarem cantores habitasse dicit. UNA EX LATERE PORTÆ. Hebr., *unum*, sub. latus, aut unum ordo cubicaliorum erat versus illud latus portæ orientalis, quod ad aquilonem prospiciebat; alter autem cubicaliorum ordo erat versus occidentem; hic respiciebat orientalem portam, ille occidentalem.

VERS. 45. — HOC EST GAZOPHYLIACIUM. Hebraismus hoc modo clarius resolvitur. Hoc gazophylacium, quod respicit viam meridianam, sacerdotum est, qui custodiam custodiam templi, id est, quorum est officium templum custodire. Gazophylacium autem vocat numero singulari unum cubicaliorum ordinem sicut vestibulum appellat aliquando totum illud spatium, quod multa parva vestibula continebat.

VERS. 46. — PORRO GAZOPHYLIACIUM. Alter cubicaliorum ordo, quæ spectabant ad Aquilonem, erat eorum sacerdotum, qui custodiebant altare, id est, qui sacrificia offerunt. ISTI SUNT FILII SADOCH, ex genere Sadoch, qui inter sacerdotes adeo nobilis fuit, ut ex eo omnes posteri nominarentur; primus enim in templo Salomonis summi sacerdotis officio functus est. QUI ACCEDUNT DE FILIIS LEVI, id est, Levitæ, quibus solis licet Dominum ministrare. Hoc est accedere ad Dominum, ut Levit., 21, 25: *Non accedet ad altare qui maculum habet*. Quem Hebraismus D. Paulus sic Græcè loquens imitatus est in Epistolâ ad Hebr., c. 7, vers. 15: *In quo enim hæc dicitur, ex altâ tribu est, de qua nullus operam dat altari, quod noster interpretæ dixit, altari præsto fuit*.

VERS. 47. — ET ALTARE ANTE FACIEM TEMPLI. Templum vocat hoc loco non tantum templi ambitum, ut antea; sed solum adytum, aut sacrarium. Sæpè enim monimus templum tres potissimum partes habuisse, sacrarium, atria, et porticus quæ aliquando cunctæ, aliquando singulæ templum appellatur. Eodem modo versu sequenti.

VERS. 48. — IN VESTIBULO TEMPLI. Vestibulum templi vocat vestibulum sacerdotum sacrario conjunctum, in quod nemo laicus ingrediebatur. ET MENSUS

EST VESTIBULUM QUINQUE CUBITIS. Nunc vocat vestibulum, ut perique putant, muram quod vestibulum clauderetur, quod dicit fuisse latum quinque cubitos. Possimus etiam fortassis interpretari de vestibulo quod sub portâ et duabus ejus frontibus erat, alterâ interiori, alterâ exteriori; quod totum tredecim cubitos habuisse significet, quinque extrinsecus, et quinque intrinsecus, tres autem latitudinis portæ. Quod autem dicit, TRIUM CUBITORUM HINC, ET TRIUM CUBITORUM INDE, intelligant mensum fuisse utrumque postem portæ ternis cubitis, quæ eadem erat latitudo portæ.

VERS. 49. — ET OCTO GRADIBUS ASCENDEBATUR. Septuag., et per decem gradus ascendebat ad eam.

## CAPUT XLI.

1. Et introduxit me in templum, et mensus est frontes, sex cubitos latitudinis hinc, et sex cubitos inde, latitudinem tabernaculi.

2. Et latitudo portæ, decem cubitorum erat; et latera portæ, quinque cubitis hinc, et quinque cubitis inde; et mensus est longitudinem ejus quadraginta cubitorum, et latitudinem viginti cubitorum.

3. Et introgressus intrinsecus, mensus est in fronte portæ duos cubitos; et portam, sex cubitorum; et latitudinem portæ, septem cubitorum.

4. Et mensus est longitudinem ejus viginti cubitorum, et latitudinem ejus viginti cubitorum, ante faciem templi; et dixit ad me: Hoc est Sanctum sanctorum.

5. Et mensus est parietem domus sex cubitorum; et latitudinem lateris quatuor cubitorum undique per circuitum domus.

6. Latera autem, latus ad latus, bis triginta tria, et erant eminentia, quæ ingrederebant per parietem domus, in lateribus per circuitum, ut confinerent et non attingerent parietem templi.

7. Et platea erat in rotundum, ascendens sursum per coelestem, et in concavum templi deferrebat per gyrum; idcirco latus erat templum in superioribus; et sic de inferioribus ascendebatur ad superiora in medium.

8. Et vidi in domo altitudinem per circuitum, fundata latera ad mensuram calami sex cubitorum spatio;

9. Et latitudinem per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum; et erat interior domus in lateribus domus;

10. Et inter gazophylacia latitudinem viginti cubitorum in circuitu domus undique;

11. Et ostium lateris ad orationem; ostium unum ad viam aquilonis, et ostium unum ad viam australem; et latitudinem loci ad orationem, quinque cubitorum in circuitu.

12. Et ædificium, quod erat separatum, versumque ad viam respicientem ad mare, latitudinis septuaginta cubitorum; paries autem ædificii, quinque cubitorum latitudinis per circuitum; et longitudo ejus novaginta cubitorum.

13. Et mensus est domus longitudinem, centum cubitorum; et quod separatum erat ædificium, et parietes ejus, longitudinis centum cubitorum.

Hebr. nec legitur octo, nec decem, sed et per gradus quibus ascendunt ad eam (portam) subintroduxi me; aut, ut R. David interpretatur: Vidi illum ambulantem per gradus quibus ascendebatur ad portam. R. Salomon: Via erat per gradus quibus ad portam ascendebatur. Numerum graduum non exprimit. Hebræi autem, in Tractato mensurarum, tradunt duodecim fuisse gradus, ut Rabbi Salomon et Rabbi David hoc loco recitant. Figuram autem columnarum non describit; quapropter verisimile est ejusdem fuisse magnitudinis et formæ atque illas quæ in templo Salomonis erant; 3 Regum cap. 7, vers. 15.

## CHAPITRE XLI.

1. Puis il me fit entrer dans le temple; il me mesura les poteaux de l'entrée du temple, qui avaient chacun six coudées de large, selon la largeur du tabernacle.

2. Il me mesura la largeur de la porte, qui était de dix coudées; et l'un et l'autre des côtés de la porte avait chacun cinq coudées par dedans. Il me mesura aussi la longueur du temple, qui était de quarante coudées, et sa largeur, de vingt.

3. Puis il entra dans le lieu du temple le plus intérieur; il y mesura un poteau de la porte, qui était de deux coudées; la hauteur de la porte était de six coudées, et la largeur de sept.

4. Puis il mesura sur la face du temple une longueur de vingt coudées, et une largeur aussi de vingt coudées; et il me dit: C'est ici le Saint des saints.

5. Puis il me mesura l'épaisseur de la muraille du temple, qui était de six coudées, et la largeur des chambres, bâties en dehors tout autour du temple, dont chacune était de quatre coudées.

6. Ces chambres étaient l'une sur les autres, en deux rangs; l'une dessus et l'autre au-dessous, dont chacun contenait trente-trois chambres; il y avait des arceaux-boutants qui s'avancèrent tout autour de la muraille du temple; et qu'on avait disposés pour servir d'appui à la charpenterie de ces chambres, sans qu'elles touchassent à la muraille du temple.

7. Il y avait aussi un espace, et un degré fait en rond, qui allait d'étage en étage, montant jusqu'à la chambre la plus haute, toujours en tournant. C'est pourquoi le temple était plus large en haut qu'en bas; et ainsi, passant de l'étage le plus bas à celui du milieu, on montait jusqu'au plus haut.

8. Je considérai les chambres hautes qui étaient autour de cet édifice, et elles avaient par le bas la mesure d'une cenne, ou de six coudées;

9. Et l'épaisseur du mur extérieur qui les enfermait était de cinq coudées; et la maison intérieure était enfermée dans une autre enceinte de bâtiment.

10. Entre le bâtiment de ces petites chambres et celui du temple il y avait un espace de vingt coudées.

11. Et les portes de toutes ces chambres étaient tournées vers le lieu de la prière, l'une du côté du septentrion, et l'autre du côté du midi, et la largeur du lieu destiné pour la prière, était de cinq coudées tout autour.

12. L'édifice qui était séparé du temple, et tourné du côté du chemin qui regarde vers la mer, avait soixante-dix coudées de largeur; mais la muraille qui enfermait tout l'édifice, et qui avait cinq coudées d'épaisseur, était longue de quatre-vingt dix.

13. Il me mesura la longueur du temple, qui se trouva de cent coudées; et l'édifice qui en était séparé, avec ses murailles, qu'il se trouva aussi cent coudées de long.